






Hecho Indice Varios

Yndice

27. . Por Francisco Gomez Mudarra y su Esposa Dª. Maria Lopez Aurelis sre. hidalguia.

28. . Por Juan de Cueto Vibanco Vecino de Orima sre. id.

29. . Por el Fiscal de S. M. de Granada con D. Alonso Fernz. Fajardo sre. id.

30. . Por el Convento de Sto. Domingo de Malaga con los Espolios del Illmo. Sr. D. Fr. Alonso de Sto. Tomas Obispo que fuede aquella Diocesis sre. donacion intervivos.

31. . Por D. Jose Domingo Colante con Dª. Maria Eugenia Beria sre. donacion id.

32. . Por los Patronos de las Obras pias que fundo en Burgos D. Pedro Cerezo.

33. . Por el Colegio de S. Nicolas de Burgos sre. reforma.

34. . Otro id.

35. . Por el Licdo. D. Juan de Zapata con el Ldo. Domingo Gil sre. Bulas.

36. . Otro id.



Tomo quarto.

BREVE
SS.MI D. N.
CLEMENTIS
PAPAE X.

Confirmationis, & nouæ Concesſionis Indulgentiarum, &c. pro Archiconfraternitate Cincturatorum, & Cincturatarum nuncupata S. Augustini, & Sanctę Monicę, ſub Inuocatione Beatæ Virginis Marię de Conſolatione, Bononiæ erecta, in Eccleſia S. Iacobi.









ROMÆ, Ex Typographia Reverendę Camerę Apoſtolicę. Anno Iubilei. M.DC.LXXV.

SVPERIORVM PERMISSV.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.



X iniuncto Nobis cœlitùs Apostolicę servitutis munere spiritualium gratiarum concessiones ex pia, prudentique huius Sanctę Sedis dispensatione providè emanatas, quibus Christi Fidelium devotio ad pietatis opera incitatur, & confovetur, Apostolici muniminis præsidio libenter constabilimus, & alias desuper statuimus, sicut matura deliberatione prævia ad Omnipotentis DEI Gloriam, & Animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

Dudum siquidem fœlic. recordat. Gregorius Papa XV. Prædecessor Noster, omnia, & singula Privilegia, Indulgentias, Prærogativas, Facultates, Gratias, & Indulta quæcumque Archiconfraternitati Cincturatorum, & Cincturatarum nuncupatę Sanct. Augustini, & Sanctę Monicę, sub Invocatione B. Virginis MARIÆ de Consolatione nuncupatę in Ecclesia Sanct. Iacobi Bononien. canonicè institutę, sive alijs quorumcumque Locorum Confraternitatibus ei debitè annexis, & illius, sive illarum vtriusque sexus Confratribus Cincturatis pro tempore existentibus, tàm per record. memor. Gregorium XIII. & Gregorium XIV. quàm quoscumque alios Romanos Pontifices Prædecessores pariter Nostros quandocumque, & quomodocumque, etiam per viam, & modum extensionis, ampliationis, & communicationis, ac aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis Clausulis, & Decretis eatenus quomodolibet concessa, & aliquando revocata, ac sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, restrictionibus, & modificationibus Auctoritate Apostolica, etiam quandocumque, & qualitercumque factis comprehensa, Decretis tamen Concilij Tridentini non repugnantia, necnon Litteras desuper emanatas eàdem Auctoritate perpetuò approbavit, & confirmavit, ac innovavit, eisque perpetuę, & inviolabilis Apostolicę firmitatis robur adiecit; & nihilominus

pro potiori cautela, illa omnia cum eorum extensionibus, ampliationibus, & communicationibus prædictis de novo, etiam perpetuò concessit, & aliàs prout in ipsius Gregorij XV. Prædecessoris, desuper sub Plumbo Anno Incarnationis Dominicę M.DC.XXI. tertio Nonas Iunij expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, vberiùs continetur.

Cùm autem, sicut Venerabilis Frater Iosephus Eusanius, Episcopus Porphyrieñ. Sacrarij nostri Apostolici Præfectus Nobis nuper exponi fecit, subinde Congregatio tùnc existentium S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, quasdam Litteras die xxiij. Martij M.DC. XXIX. ad tùnc existentem Priorem Generalem Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini dederit, quibus Indulgentię Archiconfraternitati, eique aggregatis Confraternitatibus prædictis à Romanis Pontificibus concesse, quippe quæ â piæ memor. Paulo Papa V. etiam Prædecessore Nostro per suas Litteras, quarum initium: *Cum certas, &c.* die 11. Octobris M.DC.VI. editas revocatæ fuerant, tametsi à memorato Gregorio XV. Prædecessore, per suas Litteras præfatas innovatæ fuissent, reijci posse videbantur. Verùm Congregatio Venerabilium Fratrum Nostrorum eiusdem S.R.E. Cardinalium Indulgentijs, & Sacris Reliquijs præposita, re diligentiùs examinata, censuerit, nihil obstare, quominus Archiconfraternitatis, & Confraternitatum huiusmodi Confratres omnibus, & singulis Indulgentijs per easdem Gregorij XV. Prædecessoris, Litteras confirmatis, & innovatis, vti, & frui possent, ac deberent, & aliàs prout in ipsius Congregationis Decreto, desuper xvij. Aprilis M.DC.LXXIII. emanato, etiam continetur: Quia verò in dictis Gregorij, Prædecessoris, Litteris specificè non exprimuntur Indulgentiæ à prædictis Romanis Pontificibus concessæ, ideò ab eadem Congregatione Cardinalium delecti fuerint duo ex Consultoribus illius, nempe dictus Iosephus Episcopus, ac dilectus filius Iulius Maria de Blanchis, Ordinis Prædicatorum professor, in Sacra Theologia Magister, qui singulas Indulgentias huiusmodi ex authenticis colligerent Documentis ad hoc, vt possent postmodum ad formam Constitutionis similis rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris pariter Nostri, quę incipit: *Quæcumque, &c.* Et Decreti eiusdem Congregationis die xvj. Martij dicti Anni M.DC.LXXI. editi, nominatim, & in specie communicari. Ipsis autem Consultoribus sic delectis, de nonnullis Indulgentiarum capitibus non consentientibus,

tibus, visum fuerit eidem Cardinalium Congregationi, quicquid in controversiam veniret, bon. memor. Ioanni, dum vixit S.R.E. præfatæ Presbytero Cardinali Bonæ nuncupato, definiendum proponi; & post habitam inter eosdem Consultores collationem, iterùmque præexaminata capita illa, consentientibus in cunctis Consultoribus prædictis, rèque omni per præfatum Ioannem Cardinalem expensa, & probata, confectum fuerit Summarium Indulgentiarum huiusmodi ex Originalibus Romanorum Pontificum Litteris, alijsque authenticis Documentis excerptum, tenoris qui sequitur, videlicet.

SVMMARIVM

Indulgentiarum Archiconfraternitatis Cincturatorum Sancti Augustini, & Sanctæ Monicæ, sub Inuocatione B. Virginis MARIÆ de Consolatione, erectæ Bononiæ, in Ecclesia S. Iacobi, & Confraternitatum eidem aggregatarum.

PRæmittendum primò, Confratres Cincturatos vtriusque sexus, vti, frui, & gaudere Indulgentijs, & Gratijs Spiritualibus toti Ordini Eremitarum S. Augustini, concessis ex Gregorio XIII. in Brevi *Ad augendam*, die xvj. Decembris M. D. LXXVIII. anno vij. Pontificatus. Et in alio eiusdem Pontificis *Cum sicut, &c.* die xv. Decembris M. D. LXXIX. his verbis: Confratres vtriusque sexus Confraternitatum Corrigiatorum nũcupatarum Sancti Augustini, vt frui, & gaudere possint Indulgentijs, & participes fieri omnium Gratiarum Spiritualium Ordini ipsius Sancti Augustini concessarum, omniumque bonorum, quæ in dicto Ordine pro tempore fient, inter alia teneantur quotidie recitare tredecim Pater Noster, & totidem Ave Maria, & vnum Salve Regina, pro salute Romani Pontificis, & fœlici Statu Sanctę Matris Ecclesiæ; & si ipsum Salve Regina dicere ignoraverint, loco Salve Regina quinque Ave Maria devotê recitando, easdem Indulgentias, & Gratias Spirituales consequantur, quas consequerentur si ipsum Salve Regina recitarent.

Secundò. Præmittendum est, quòd Leo X. *Solet annuere*, vij. Kalend. Augusti M. D. XIII. anno primo, singula Privilegia, Immunitates, Exemptiones, Concessiones, Indulgentias, & peccatorum plenarias Remissiones, & Indulta, quæcumque quibusvis Domibus, & Congregationibus, aut alijs Locis, & illorum Personis dicti Ordinis

dinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, olim in genere, vel in specie concessa, ac in posterum concedenda ad ipsum Ordinem Fratrum Eremitarum S. Augustini, & illius Personas; ac si illis specialiter concessa fuissent, extendit, & communicat, vt eis gaudeant, & vtantur, ac si eis, & singulis eorum Domibus, & Personis in specie concessa fuissent. Hoc idem antea in simili forma concesserat Iulius II. *Dum fructus vberes*, vij. Kalend. Iulij M.D.VII. anno iv. Et Alexander IV. licèt non tam generaliter in Bulla: *Vt eò libentiùs*, xiij. Kalen. Augusti, anno primo. Necnon in alia *Oblata Nobis*, xij. Kalend. Maij, anno iij. Quæ fuerunt innovatæ per Martinum V. *Sincere*, iv. Kalend. Maij, anno vj. Et per Sixtum IV. *Dum fructus vberes*, M. CCCC.LXXIV. vij. Idus Februarij, anno iv. in Mari Magno. Denique idem Sixtus IV. in Bulla *Inter præcipuas*, M. CCCC.LXXIII. x. Kalend. Ianuarij, anno ij. Congregationi Lombardiæ præfati Ordinis, eiusque Professoribus, Domibus, & Locis vniversis concedit, & pariter indulget, quod ipsi omnibus, & singulis Privilegijs, Exemptionibus, Libertatibus, Immunitatibus, Indultis, Indulgentijs, & Gratijs, Ecclesiæ, & Domui de Populo, earumque Personis per Sedem Apostolicam hactenus concessis, in omnibus, & per omnia vti valeant, & gaudere.

Tertiò. Præmittendum est, quod Gregorius XIII. in Brevi *Ad augendam*, vt supra, inter Gratias Spirituales dictæ Confraternitati, tàm in particulari concessas, quàm forsan per participationem Indulgentiarum Ordinis Eremitarum S. Augustini, vel cuiusvis alterius Religionis communicatas, nonnullæ reperiuntur cum clausula manus adiutrices porrigendi, quæ quidem per Sedem Apostolicam fuerunt revocatę, vult, & decernit, quod eædemmet Indulgentiæ, & Spirituales Gratiæ dictis Confratribus suffragentur æquè, ac si in illis dicta clausula non adesset, quam penitùs abrogat, dummodò loco porrigendi manus adiutrices, quinque vicibus Orationem Dominicam, & totidem Salutationem Angelicam pro Sanctæ Matris Ecclesiæ Exaltatione, ac hæresum extirpatione recitent.

Vltimò. Præmittendum est, quod Iulius II. *Nihil est*, die xxiv. Septembris M.D.VIII. Pontificatus anno quinto, vt omnia quâm firmissima sint, quæ Ordini prædicto Apostolica Sedes elargita est, proprio, & motu, & scientia, atque de plenitudine Potestatis vult, statuit, & decernit, vt quæcumque concessio Ordini præfato facta, sivè per se, sivê per communionem, quam fecit cum alijs Ordinibus, & Congregationibus eamdem omninò vim, atque efficaciam

perpe-

perpetuò habeant, tàm in iudicio, quàm extra iudicium, ac si plumbeo sigillo obsignatę essent, quod intelligi vult, tàm de his, quę in forma Brevis, quàm de his, quę per supplicationes expeditę sunt, in quibus placuit, vt sola Signatura sufficeret: Quam obrem quæcumquê fuerunt eidem Ordini vt cùmque concessa, sivè ipsa exemplaria, sivè eorum transumpta ostendantur Prælati alicuius, aut publici Notarij manu signata, aut etiam Generalis Ordinis sigillo firmata, eodem motu, scientia, & Potestate decernit, mandatque eandem omninò, & vim esse, & fidē adhiberi, ac si plumbi signū haberi. Idem habet Leo X. *Licèt sponte*, die vj. Maij M.D.XIV. Pōtifi. ann. ij.

INDVLGENTIÆ AVTEM PRÆDICTIS CONFRATRIBVS, SEV CONSORORIBVS CONCESSÆ, SVNT SEQVENTES:

IN Festis Domini, & Primò. In Nativitate Domini Nostri IESV Christi, Collegium xxiv. Cardinalium, in Litteris sub dat. Romę Anno M.CCCC.XCVIII. die xxviij. Maij, sub Alexandro VI. anno vj. videlicêt; Quilibèt ipsorum per se præfatis, vtriusque sexus Confratribus, verê pœnitentibus, & confessis, qui Capellam Confraternitatis, à primis, vsque ad secundas Vesperas inclusivè devotè visitaverint, & manus porrexerint adiutrices (*ex Indulto Gregorij XIII. vt supra, quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitauerint*) annuatim pro die prædicto, quo id fecerint centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxat: Quod ex Constitutione Sixti IV. *Inter præcipuas*, confirmatur.

Secundò. In Festivitate Sancti Spiritus, & vsque ad Octavam ipsius, eisdem vt supra Confratribus, verè pœnitentibus, & confessis, qui Ordinis Ecclesiam, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, annis singulis venerabiliter visitaverint, vnus annus, & quadraginta dies de iniuncta pœnitentia, misericorditer relaxantur. Alexander IV. *Sanctorum meritis*, iij. Id. Februarij, Pontificatus anno iiij.

Tertiò. In Festis Nativitatis Christi, Epiphanię, Resurrectionis, Ascensionis, & Pentecostes, ac per Octavas eorum, & in Festo Circuncisionis prædictis Confratribus, verê pœnitentibus, & confessis, atque manus porrigentibus adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, vt supra) necnon Ecclesias Ordinis, & Altare, vel Capellam Confraternitatis, annuatim devotè visitantibus, mille Anni, & totidem

tidem Quadragenę, misericorditer relaxantur. Innocentius IV. *Quoniam*, vj. Kalend. Maij, Pontificatus anno primo.

Quartò. In omnibus Festivitatibus Domini Nostri IESV Christi, & per Octavas ipsarum præfatis Confratribus, verè pœnitentibus, & confessis, venientibus ad Ecclesias Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, & Altare, vel Capellam Confraternitatis, vt supra visitantibus LXX. Anni, & totidem Quadragenę Indulgentię; eisdemque pariter visitantibus, vt supra, in omnibus prædictis Festis Domini, dando aliquid in adiutorium pro fabrica dictarum Ecclesiarum, sivê Oratorij, vel Capellę Confraternitatis (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, vt supra) per quamlibêt illarum Festivitatum centum Anni, & centum Quadragenę Indulgentię suorum peccatorum conceduntur. Gregor. IX. *Et Transumpto Oscensi*, die x Ianuarij M.DC.LXXIV.

In Festis Beatę MARIÆ Virginis, & Primò in Festivitate Nativitatis eiusdem Virginis MARIÆ, Confratribus prædictis, verê pœnitentibus, & confessis, qui Ordinis Ecclesiam, & Altare, vel Capellam Cõfraternitatis, à primis Vesperis, vsque ad secundas Vesperas, devotè visitaverint annuatim, & manus porrexerint adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) illa Indulgentia, & remissio peccatorum conceditur, quá Ecclesiam Beatę MARIÆ in Porciuncula, dictá de Angelis, extra Muros Assisinateñ. primo (hoc est à Vesperis primis eiusdem diei) & secundo diebus mensis Augusti, annuatim visitantes quomodolibêt consequuntur. Bonifac. IX. *Dum Præcelsa*. iij. Kalend. Septembris Anno xj. Eodemque die prædicti Confratres, verê pœnitentes, & confessi, seu Statutis à Iure temporibus firmum confitendi propositum habentes, qui Ordinis Ecclesiam, & Altare, sivè Capellam Confraternitatis, à primis Vesperis, vsque ad secundas Vesperas diei huiusmodi, devotè visitaverint, & inibi pro Sanctę Matris Ecclesię Exaltatione, & hæresum extirpatione, necnon Pace inter Principes Christianos conservanda, ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequuntur. Pius IV. *Saluatoris*, Ano Incarnationis Dominicę M.D.LXIII x. Kal. Martij, anno v. Eadem pariter die Gregor. XIII. *Reddituri*, An. 1583. ijsdem verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui Ecclesiam Ordinis, ac Confraternitatis Altare, à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis, devotè visitaverint, & pias inibi preces ad Deum, pro Sanctę Matris Ecclesię Exaltatione, Infidelium conversione, & hæresum extirpatione, ac alijs, prout vnicui-

vnicuique suggeret devotio fuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem elargitur. Similiter in eadem Nativitate, ac etiam in Annũtiatione eiusdem Beatę MARIÆ Collegium xxiv. Cardinalium vt supra, prædictis Confratribus pariter vt supra, annuatim pro singulis Festivitatibus, seu diebus prædictis, quibus id fecerint centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxat.

Secundò In Dominica infra Octavá Assumptionis Beatę MARIÆ Virginis prædicti Confratres, verè pœnitentes, & confessi, ac devotè visitantes Ordinis Ecclesiam, & Capellam Confraternitatis vt supra, à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis subsequentis diei, & manus porrigentes adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) lucrantur omnes, & singulas Indulgentias etiam plenarias per fœl. rec. Innocent. IV. & alios Romanos Pontifices Prædecessores visitantibus Ecclesia Domorum dicti Ordinis, & manus porrigentibus adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII, quinquies, &c.) concessas. Iulius II. *Etsi cuncti*, Non. Iulij M.D.VI. anno iij.

Tertiò, In Festo Assumptionis, Nativitatis, Annunciationis, & Purificationis Beatę MARIÆ, necnon per Octavas Nativitatis, & Assumptionis eiusdem Beatę MARIÆ prædictis Confratribus, verê pœnitentibus, & confessis, atque manus porrigentibus adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) necnon Ordinis Ecclesias, & Capellam, aut Altare Confraternitatis annuatim devotè visitantibus, mille Anni, & totidem Quadragenæ, misericorditer relaxantur. Innocentius IV. *Quoniam*, vt supra.

Quartò. In omnibus Festivitatibus Beatæ MARIÆ, Matris Domini Nostri IESV-Christi, & per Octavas ipsarum præfatis Confratribus, verè pœnitentibus, & confessis, qui ad Ecclesias Ordinis venerint, & Capellam, vel Altare Confraternitatis visitaverint, LXX. Anni, & totidem Quadragenæ Indulgentię; Eisdemque pariter visitantibus vt supra, in omnibus prædictis Festis Dominę Nostræ Sanctæ MARIÆ, dando aliquid in adiutorium pro fabrica dictarum Ecclesiarum, sivê Capellæ, vel Altaris Confraternitatis (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) per quamlibet illarum Festivitatum, centum Anni, & centum Quadragenæ indulgentiæ suorum peccatorum conceduntur. *Gregor. IX.* vt supra.

Quintò. Singulis anni Festis eiusdem B.M. Virginis, Gregor. XIII. *Ad ea*, die xv. Iunij M.D.LXXV. Pont. anno iv. omnibus, & singulis,

vtriusque sexus, Confratribus prædictis, verê pœnitentibus, & confessis, qui Altare vt supra devotè visitaverint, & ibi oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino concedit, & relaxat.

In Festis Apostolorum, & primô in Festivitate Sancti Iacobi Maioris, Collegium xxiv. Cardinalium, videlicet quilibet ipsorum per se eisdem Confratribus verè pœnitentibus, & confessis, atque visitantibus vt supra annuatim die prædicto, quo id fecerint centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxat.

Secundò. In Festo Apostolorum Petri, & Pauli, & in Solemnitatibus Apostolorum, & Evangelistarum, ijsdem Confratribus, verê pœnitentibus, & confessis, atque manus porrigentibus adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) necnon Ordinis Ecclesias, & Capellam, vel Altare Cőfraternitatis annuatim devotè visitantibus, mille Anni, & totidem Quadragenæ misericorditer relaxantur. Innocentius IV. *Quoniam*, vt supra.

Tertiò. In Festis omnium Apostolorum per quamlibet illarum Festivitatum præfatis Confratribus visitantibus Ordinis Ecclesias, & Capellam, vel Altare, Confraternitatis dando aliquid in adiutorium pro fabrica dictarum Ecclesiarum (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) centum Anni, & centum Quadragenæ Indulgentię suorum peccatorum; Eisdemque pariter, verê pœnitentibus, & confessis, ad dictas Ecclesias Ordinis venientibus, & Capellam, vel Altare Confraternitatis vt supra visitantibus in omnibus Festivitatibus Apostolorum, & Evangelistarum, septuaginta Anni, & totidem Quadragenæ Indulgentiæ conceduntur. Gregor. IX. vt supra.

In Festis Sanctorum Ordinis. Et primò in Festo B. Augustini, Doctoris Ecclesiæ, & per Octavam eius prædictis Confratribus verè pœnitentibus, & confessis, venientibus ad dictas Ordinis Ecclesias, & Capellam, vel Altare vt supra visitantibus LXX. Anni, & totidem Quadragenæ Indulgentię conceduntur. Gregor. IX. vt supra. Eodemque Festo prædictis, verè pœnitentibus, & confessis, qui ad Ecclesiam Ordinis, & ad Capellam, vel Altare Confraternitatis causa devotionis accesserint, annuatim centum dies de iniuncta pœnitentia, misericorditer relaxantur. Alexand. IV. *Vitæ peremnis*, v. Idus Iunij, Pontif. anno v. In omnibus pariter Festivitatibus eiusdem B. Augustini prædictis Confratribus, verè pœnitentibus, & confessis, qui præfatas Ordinis Ecclesias, & Capellam, vel Altare Confraternitatis vt supra

devo-

devotê visitaverint, annuatim, & manus porrexerint adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies,&c.) mille Anni, & totidem Quadragenę, misericorditer relaxantur. Innoc.IV. *Quoniam*, vt supra.

Secundò. In diebus Festivitatum eiusdem S.Augustini,& S.Monicę, Gregor.XIII. *Ad augendam*, vt supra, prædictis Confratribus, qui pœnitentes, & confessi, ac Sanctissima Communione refecti,Ecclesias Ordinis,& prædictam Confraternitatis Capellam,ac Sancti Augustini,& Sanctę Monicę, huiusmodi sita Altaria à primis Vesperis, vsque ad occasum Solis, singulis Annis, devotè visitaverint, & ibi pro pace inter Christianos Principes conservanda, ac hæresum extirpatione, Sanctęque Matris Ecclesię Exaltatione, pias ad Deum preces effuderint,quo die prædictorum id egerint plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino perpetuò concedit. Necnon idem Gregor.XIII. *Etsi cunctę*, Idib.Decemb. M.D.LXXX. prædictis similiter, verè pœnitentibus, & confessis, qui Capellam Sanctę Monicę, in Festivitate eiusdem Sanctę Monicę, â primis Vesperis, vt supra, singulis Annis devotê visitaverint, & inibi pro Sedis Apostolicę Exaltatione, hæresumque extirpatione, pias ad Deum preces effuderint, & Eucharistię Sacramentum sumpserint,etiam plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem elargitur.

Tertiò. In diebus item Festivitatum ipsius D. Augustini, ac Sanctę Monicę, eiusdem Augustini Matris, & S. Nicolai Confessoris de Tolentino, nuncupat. statuitur, & ordinatur, quod omnes, & singuli, vtriusque sexus, Confratres prædicti, verè pœnitentes, & confessi,qui Ordinis Ecclesiam, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, à primis Vesperis Vigiliarum, & per totam diem Festivitatum earundem inclusivè devotè visitaverint,annuatim,& manus ad eiusdem Ecclesię, sivê Capellę, vel Altaris Confraternitatis reparationem, & augmentum portexerint adiutrices (Ex Indulto Gregor. XIII. quinquies, &c.) pro qualibet die Festivitatum huiusmodi, omnium, & singulorum suorum criminum, & delictorum, ac peccatorum, etiamsi de illis tùnc memores non extiterint, dummodò si memoriam illorum haberent, illa confitendi propositum habuerint, & si recordati aliquando confessi fuerint, plenissimam Auctoritate Apostolica remissionem misericorditer consequuntur. Sixtus IV. *Dum attentè*, Anno Incarnationis Dominicę M.CCCC.LXXIX. xij. Kalend. Aprilis, Pontifi. anno ix.

Quar-

Quartò. Conceditur etiam prædictis Confratribus, verè pœnitentibus,& confeſsis, qui in Dominica Feſtum S.Nicolai de Tolentino, immediatè ſequente à primis Veſperis, vſque per totum diem ipſius Dominicę Capellam eiuſdem S. Nicolai, & Altare Confraternitatis devotè viſitaverint, annuatim, illa indulgentia, & remiſsio peccatorum,quam viſitantes Eccleſiam B. MARIÆ in Porciuncula,aliâs dictam de Angelis, vt ſuprà annuatim quomodolibet conſequuntur. Bonifac. IX. *Licet is,* Kalend. Martij, Pont. anno xj.

In alijs diebus anni. Et primò in Feſtis S. Ioannis Baptiſtę, & omnium Sanctorum prædictis, per quamlibet illarum Feſtivitatum viſitantibus Ordinis Eccleſias, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, centum Anni, & centum Quadragenę indulgentię ſuorum peccatorum, dando aliquid in adiutorium pro fabrica dictarum Eccleſiarum, ſivè Capellæ, vel Altaris Confraternitatis (Ex Indulto Gregorij XIII.quinquies,&c.) conceduntur.Gregor.IX.vt ſupra. Eiſdemque verè pœnitentibus, & confeſsis, in Nativitate Sancti Ioannis Baptiſtę, necnon per eiuſdem Octavam, & celebritate prædicta omnium Sanctorum, qui devotè viſitaverint Eccleſias Ordinis, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, vt ſupra annuatim, & manus porrexerint adiutrices (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) mille Anni,& totidem Quadragenę, miſericorditer relaxantur. Innocentius IV. *Quoniam, &c.*

Secundò. A Feria ſexta poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ, vſque ad Octavam Reſurrectionis Dominicæ, prædictis verè pœnitentibus, & confeſsis, qui Fide, ac reverentia prævijs ad Gratiam implorandum, cum eleemoſynis acceſſerint (Ex Indulto Gregor. XIII. quinquies, &c.) diebus ſingulis quibus Ordinis Eccleſiam, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, vt ſupra viſitaverint, Annorum decem & ſeptem, & Quadragenarum totidem indulgentia conceditur. Ex Litteris authenticis Raynaldi, Archiepiſcop. Thebani, ac in Vrbe Vicarij Generalis Clement.Papæ V.Anno M.CCC.IX. die xxx. Martij, eiuſdem Clementis, Pontifi. anno quarto.

Tertiò. A Dominica Septuageſimæ incluſivè, vſque ad Octavam Paſchæ, prædictis verè pœnitentibus, & confeſsis, qui devotè viſitaverint Ordinis Eccleſias, & Cappellam, vel Altare Confraternitatis, vt ſupra annuatim,& manus porrexerint adiutrices (Ex Indulto Gregor.XIII.quinquies,&c. mille Anni, & totidem Quadragenæ, miſericorditer relaxantur. Innoc. IV. *Quoniam*, vt ſupra.

Quartò.

Quartò. Leo X. *Cum ficut accepimus*, die vj. Ianuarij M.D.XV. Pontificatus anno ij. omnibus, & singulis Corrigiatorum Confratribus in toto Christianorum Orbe constitutis, qui vel quæ Orationem serotinam consuetam in Ordine Eremitarum Sancti Augustini singulis diebus in communi, vel ex se Orationem pro Statu S. R. E. & pro Summo Pontifice dici consuetam, vel eam quæ incipit Salve Regina devotê dixerint, septem annos de vera indulgentia, & totidem Quadragenas concedit, & indulget.

Quintò. Diebus Stationum in Missali Romano præscriptis, prædicti Cincturatorum Confratres, qui contriti, & confessi, in Ecclesijs Ordinis singulis diebus pro tempore Quadragesimali visitaverint tria Altaria, scilicêt, Altare Confraternitatis, & alia duo à Prioribus eiusdem Ordinis deputanda, & quinque Pater Noster, totidemque Ave Maria, ob reverentiam Dominicæ Passionis, & Gloriosæ Dei Genitricis MARIÆ genibus flexis cùm Oratione, quæ pro Summo Pontifice fieri consuevit, videlicet: *Deus omnium Fidelium Pastor, &c.* dixerint, eandem indulgentiam consequuntur, quam habituri essent si Romanis Stationibus interessent. Qui verò dictam Orationem dicere nesciverint loco illius dicant Salve Regina pro fœlici conservatione Status Ecclesiæ Romanæ, & Summorum Pontificum, qui pro tempore fuerint: vbi verò tot Altaria non essent ter dictas Orationes, & Pater cùm Ave Maria replicent ante Altare Confraternitatis; Sixtus IV. *Per Signaturam.* Innocentius deinde VIII. in Bulla: *Cum alias*, die vij. Decembris M. CD. LXXXIX. Pontificatus anno vj. prædictas indulgentias Stationum Almæ Vrbis pro tempore Quadragesimali, vt supra concessas confirmavit, & ad Stationes totius anni (ad normam Missalis Romani, vt supra) extendit. Et nihilominus si contingat aliquem ex legitima causa à locis, vbi sunt Ecclesiæ præfati Ordinis, sive Altare Confraternitatis abesse, in quacumque Ecclesia, & loco etiam vnum tantum Altare habente, si ante dictum Altare eas Orationes, quę ante tria Altaria fieri iubentur ter dixerit, præfatas totius anni indulgentias perindè consequatur, ac si eas eorum tribus Altaribus, vt supra deputatis, dixerit, indulsit.

Sextò. In Hebdomada maiori, præfati Corrigiatorum Confratres verè pœnitentes, & confessi, qui Ordinis Ecclesiam, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, vt supra, à primis Vesperis diei Martis dictæ maioris Hebdomadæ, vsque per totum diem Mercurij imme-

diatè

diatè sequentem, devotè visitaverint, annuatim, & ad earundem conservationem manus porrexerint adiutrices (Ex Indulto Gregor. XIII. quinquies, &c.) illam perpetuis temporibus indulgentiam, & peccatorum remissionem lucrantur, quam visitantes Ecclesiam S.Marci de Venetijs, Castellanen.Diœcesis, in Festo Ascensionis Domini Nostri IESV-Christi, annuatim quomodolibet consequuntur. Bonifacius IX. *Sinceræ Deuotionis*, iv.Kalend.Martij, Pontificatus anno ix. Eodem pariter die Mercurij, necnon die Iovis, & die Veneris Hebdomadæ Sanctę, præfati Confratres verê pœnitentes, & confessi, qui devotê visitaverint Ecclesias Ordinis, & Capellam, aut Altare Confraternitanis, vt supra, annuatim, & manus porrexerint adiutrices (Ex Indulro Gregorij XIII.quinquies, &c.) â pœna, & â culpa misericorditer relaxantur. Innocentius IV. *Quoniam*, vt supra; quam concessionem Sixtus IV. *Inter præcipuas*, vt infra, indulgentiam plenariam nominat.

Septimò. In omnibus Sabbatis Quadragesimæ, prædictis Confratribus verè pœnitentibus, & confessis, qui Ecclesias Ordinis, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, vt supra, qualibet die Sabbati singularum Hebdomadarum Quadragesimæ devotè visitaverint, annuatim omnium peccatorum suorum remissio, & venia conceditur. Sixtus IV. *Cum ineffabilia*, Anno Incarnationis Dominicæ M.CCCCLXXIX. xiij. Kalend. Iulij, Pontificatus anno viij. Præterea singulis diebus Sabbati totius anni, ijsdem verè pœnitentibus, & confessis, atque Sacra Communione refectis, qui Ecclesiam Ordinis, & Capellam, vel Altare Confraternitatis, vt supra, visitaverint devotè, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ Exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die prædictorum id egerint plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia, & remissio, misericorditer in Domino conceditur. Gregor. XIII. *Ineffabilia*, die xxv. Ianuarij M.D.LXXXII. Pontifi. anno x.

Octauò. Ijsdem Confratribus, semel in vita, vt Confessorem idoneum Regularem dicti Ordinis (iuxta Concilij Tridentini Decreta ab Ordinario approbatum) quem ipsi Corrigiati, & eorum quilibet duxerit eligendum, qui ipsos Confratres, & eorum quemlibet ab eorum excessibus, & delictis absolvere, exceptis casibus in Bulla Cœnæ contentis, & casibus Episcopis locorum reservatis, ac alijs ad formam Constitutionis: *Quæcumque*, Clementis VIII. &

cis

eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, ac plenariam omnium peccatorum suorum remissionem elargiri possit, Apostolica Auctoritate conceditur, & indulgetur. Quam etiam in articulo mortis verè pœnitentes, & confessi consequi possunt. Iulius II. *Dum fructus vberes*, vt supra.

Nonò. Plenariam quoque Indulgentiam in articulo mortis lucrari possunt prædicti Confratres, si verè pœnitentes, & confessi Nomen IESV, ore, vel corde invocaverint. Gregor. XIII. *Etsi cunctæ*, vt supra, & *Reddituri*, pariter, vt supra.

In Processionibus. Et primò Greg. XIII. *Ad ea*, vt supra, omnibus, & singulis, vtriusque sexus, Confratribus prædictis, verè pœnitentibus, & confessis, qui quarta Dominica cuiuslibet mensis cessante legitimo impedimento dictæ Processioni interfuerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem; ac eisdem Confratribus Missę Solemni quarta Dominica cuiuslibet mensis ad Altare Confraternitatis, ac etiam privatę Missæ in Oratorio, sive Altari, eiusdem Confraternitatis dicta quarta Dominica celebrari solitis interessentibus, ac inibi pro Roman. Pontifi. conservatione, & Exaltatione Sedis Apostolicæ, & vnione Principum Christianorum, hæresumque extirpatione, pias ad Deum preces effundentibus, centum dies de iniunctis eis, aut aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs misericorditer in Domino concedit, & relaxat. Eandem plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, in Processione præfatæ quartę Dominicę elargitur, idem Gregor. XIII. in Brevi *Reddituri*, vt supra, verê pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, & vt præfertur orantibus. Plenariam pariter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, idem Gregor. XIII. *Ad augendam*, vt supra, præfatis omnibus, vtriusque sexus, dictę Confraternitatis Confratribus quando pœnitentes, & confessi, & Sanctissimo Eucharistię Sacramento refecti, Processionem semel in mense celebrabunt, misericorditer in Domino perpetuò concedit.

Secundò. Gregor. XIII. *Etsi cunctæ*, vt supra, eisdem associantibus Sanctissimum Eucharistię Sacramentum, dum ad aliquem infirmum defertur, aut qui infirmitate impediti id facere nequiverint; Campanæ ad id signo dato genuflexi, si commodè potuerint, ter Orationem Dominicam pro eodem infirmo recitaverint, centum dies; Deinde ipsius, vtriusque sexus, Confratribus, qui Processioni

in

in Festivitate Sanctæ Monicæ fieri solitæ interfuerint etiam centum dies; Præterea idem Pontifex, in alio *Redditurі*, vt supra, Confratribus præfatis, qui ad Processiones faciendas convenerint, etiam sexaginta dies de eis iniunctis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxat.

In exercitio piorum operum. Et primò omnibus, vtriusque sexus, Confratribus, qui dederint secundum propriam eorum devotionem aliquam eleemosynam pro reparatione, & ędificatione Domorum, & sustentatione Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini, sivè Capellæ, vel Altaris, aut Oratorij Confraternitatis (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) conceditur facultas, quod possint eligere Confessorem idoneum Presbyterum Sæcularem, vel cuiusvis Ordinis Religiosum ab Ordinario vtrumque vt supra approbatum, qui eorum Confessionibus diligenter auditis pro commissis per eos excessibus, criminibus, delictis, quantùmcùmque gravibus, & ommissionibus Horarum Canonicarum, & à censuris, & pœnis quàvis causa, vel occasione latis (exceptis casibus reservatis ad formam Constitutionis *Quæcumque* Clementis VIII. vt supra) toties quoties opus fuerit, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, semel in vita, & semel in mortis articulo, plenariam remissionem omnium peccatorum ipsis in sinceritate Fidei, vnitate Sanctę Romanæ Ecclesiæ, ac obedientia, & devotione Romanorum Pontificum persistentibus impendere, ac pœnitenciam salutarem iniungere valeant; & si forsan contingat Personas præfatas sine Confessione decedere, dummodò aliqua signa contritionis ante obitum eorum in eis apparuerint, vel morte repentina ab hac luce subtracti fuerint, etiam plenariam absolutionem, & remissionem huiusmodi consequuntur; quod si dederint eandem vt supra eleemosynam pro Defuncto (seu ex Indulto Gregorij XIII. &c.) verè pœnitentes, & confessi eandem indulgentiam consequuntur; ita quod plenaria indulgentia huiusmodi pro plenissima relaxatione pœnarum quibus in Purgatorio igne sunt expositæ Animæ Defunctorum suffragetur, prædictique Confratres benefactores Confraternitatis, tàm viui, quàm Defuncti, fiunt participes in perpetuum in peregrinationibus, & Stationibus Terræ Sanctę, & liminum Apostolorum Petri, & Pauli, & Iacobi in Compostella, & in omnibus suffragijs, precibus, eleemosynis, ieiunijs, orationibus, disciplinis, & cæteris omnibus spiritualibus bonis, quæ fient, & fieri poterunt per Fratres dicti Ordinis, &

in

in tota Sacrosancta Militante Ecclesia, & in omnibus Membris eiusdem. Sixt. IV. *Inter præcipuas*; Anno Incarnationis Dominicę M.CD.LXXVII.vj. Kalend. Decembris, Pontificatus anno septimo.

Secundò. Prædictis Confratribus, existentibus Procuratoribus dicti Ordinis, sivè Confraternitatis, centum Anni; & facientibus eleemosynam eidem Ordini, sivê Confraternitati (Ex Indulto Gregorij XIII. quinquies, &c.) quadraginta Anni conceduntur Indulgentię. Martin. IV. *Ex Transumpto Oscensi*, vt supra. Præterea Gregorius XIII. *Etsi cunctæ*, etiam vt supra eisdem Confratribus quoties Divinis Officijs in Capella, aut Oratorio Confraternitatis celebrandis, aut Congregationibus, vel Orationibus per eosdem Confratres, & Sorores, fieri solitis interfuerint, vel ex alio casu præstiterint auxilium, consilium, vel favorem, centum dies; Et in alio *Redditur*, etiam vt supra, ijsdem qui ad Divina Officia recitanda, mortuos sepeliendos convenerint, aut infirmos, & carceratos visitaverint, sexaginta dies de eis, seu aliàs quomodolibèt debitis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxat.

Tertiò, & vltimò. Præfati Confratres, & Consorores gaudent, non solùm omnibus Indulgentijs, quę directè concessæ fuerunt toti Ordini Eremitarum S. Augustini, ex præfatis Constitutionibus Apostolicis, verùm, & quibuscumque alijs, quas eidem Ordini concesserunt per Communicationem cum Ordinibus Prædicatorum, & Minorum. Sixtus IV. in Mari Magno: *Dum fructus vberes*, vij. Id. Feb. M.DC LXXIV. Prædicatorum atque Carmelitarum, & Servorum. Iul. II. *Etsi*, die xvij. Iunij M.D.VIII. Cum Mendicantibus omnibus; idem Iulius: *Religionem vestram*, die trigesima Iunij M.D.IX. Cum alijs Ordinibus, & Congregationibus; idem Iulius: *Nihil est*, die xxiv. Septembris M.D.VIII. Cùm ijsdem Ordinibus omnibus vniversalissimê. Alexand. VI. *Sacræ Religionis*, die viij. Martij M.CD.XC.VII. Leo X. *In rerum*, die x. Iunij M.D.XIII. & Gregorius XIII. *Ad augendam*, vt supra; tùm etiam Clemens VII. *Romanus Pontifex*, die vltima Octobris M.D.XXX. per communicationem cum prædicto Ordine Eremit. & cum Ordinibus omnibus, eorumque Confraternitatibus in amplissima forma, sub his verbis: Ipsosque Fratres, Moniales, Sorores, Personas, Monasteria, Domos, Ecclesias, & alia loca Religionis huiusmodi, omnibus, & singulis Privilegijs, Exemptionibus, Indultis, & Gratijs quibusvis dicti, & aliorum Ordinum, etiam Mendicantium, etiam de Observantia nuncupatorum, ac Or-

dinis Prædicatorum, Carmelitarum, B.M.Servorum, ac Minimorum, & aliorum quorumcumque Ordinum Fratribus, & Personis, ac Congregationibus, Confraternitatibus, illorumque Ecclesijs, Oratorijs, Domibus, & alijs Pijs Locis, illorumque Prioribus, Fratribus, & Sororibus, Conversis, & Oblatis, Corrigiatis, Mantellatis, & de pœnitentia nuncupat. & alijs vtriusque sexus Personis, per eosdem Prædecessores, ac etiam per Nos quomodolibèt, etiam viuę vocis Oraculo in genere concessis, & imposterum forsan conceden. &c. vti, frui, & gaudere, posse, & debere in omnibus, & per omnia periadè, ac si tibi, & Ordini tuo, ac Fratribus, Monasterijs, Ecclesijs, & Locis eiusdem Ordinis tui concessa fuissent, scientia, auctoritate, & tenore præfatis etiam decernimus. Et cum eodem Ordine Eremitarum S. Augustini tantùm Iulius II. die 2. Iulij M.D.XII. in Brevi *Præceteris*, his verbis: Declarantes insuper tres Superiores eiusdem Ordinis gradus, videlicèt Fratres, Moniales, & Mantellatos, quod omnibus, & singulis, Privilegijs, Gratijs, & Indultis, quę in Mari Magno, seu alijs Concessionibus, tàm per Nos, quàm per alios Romanos Pontifices, Prædecessores Nostros, ante dicto concessis continentur, & expressa sunt, integrè perfrui debeant, & possint, sed quarti gradus, vtriusque sexus Personę, quibus zonam dari consuetum est Indulgentijs tantùm gaudeant. Hoc ijsdem ferè verbis habet Leo X. die x. Maij M.D.XIII. *Præceteris*; quarum vigore Litterarum Apostolicarum omissis ijs, quę dictis Indulgentijs sunt consimiles, alijsque pluribus, selectę sunt infrascriptę Indulgentię.

Prædictis Confratribus, & Cōsororibus, verê pœnitentibus, & confessis, seu firmum confitendi propositum habentibus, qui Capellam, sive Altare Confraternitatis, singulis diebus Dominicis cuiuslibêt Quadragesimę, ac in Resurrectionis, & Ascensionis D. N. I C. ac Pentecostes, & Sāctissimę Trinitatis, ac Nativitatis eiusdem D.N.I.C. Festivitatum diebus, à primis Vesperis singulàrum Dominicarum, seu dierum huiusmodi, vsque ad occasum Solis cuiuslibèt ipsarum, devotè visitaverint, & ibidem ter Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam recitaverint, plenaria, & vera omnium peccatorum suorum indulgentia, & remissio, alijs verò singulis Dominis diebus cuiuslibèt respectivê anni modo præfato visitantibus xxx. Anni, & totidem Quadragenę de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxantur. Leo X. *Etsi cunctæ*, M.D.XVIII. Kalend. Iulij, Pontifi. anno vj. *Oracula viuæ vocis.*

Vigo-

Vigore Constitutionis Iulij II. *Religionem vestram*, necnon Clementis VII. *Rom. Pontifex*, quibus conceditur communicatio Privilegiorum cum alijs Ordinibus, etiam vivę vocis Oraculo, tàm concessorum, quàm imposterum conceden.

Primò. Prædicti Confratres visitantes Altarę Confraternitatis, & sex alia Altaria deputanda in Ecclesijs Ordinis, consequuntur easdem indulgentias, quas habere, & consequi valerent, & possent si septem Ecclesias Privilegiatas inviserent, & adirent, quę intra, & extra Vrbis Romę mœnia constructę reperiuntur. Pius V. *Ex Litteris Orig.* Ioan. Pauli, tit. Sancti Pancratij, S.R.E. Cardinalis, ab Ecclesia nuncupati, sub Dat. Romę Anno M.D.LXXI. die vigesimâ quinta Novembris, Pontificatus eiusdem Pij V. anno vj.

Secundò. In omnibus diebus Communionis, quę solet fieri in Ordine Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, scilicèt, in prima Dominica Adventus, in die Nativitatis Domini Nostri IESV Christi, in die Epiphanię, in Purificatione B. M. Virginis, in prima, & quarta Dominica Quadragesimę, in Annuntiatione B. M. Virginis, feria quinta in Cœna Domini, in Dominica Resurrectionis Domini, in Ascensione eiusdem, in die Sancto Pentecostes, in Festo Corporis Christi, in Nativitate Sancti Ioannis Baptistę, in Festo Apostolorum Petri, & Pauli, in Assumptione B. M. Virginis, in Festo Sancti Augustini, in Nativitate eiusdem B. M. Virginis, in Festo Sancti Michaëlis Archangeli, & in Solemnitate Omnium Sanctorum, prædicti vtriusque sexus, Corrigiatorum Confratres, pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, si post ipsam Communionem genibus flexis recitaverint Orationem: *Deus, omnium Fidelium, &c.* aut Orationem Dominicam, si prædictam nescierint pro conservatione Status Sanctę Matris Ecclesię, ac Romani Pontificis pro tempore existentis, ex gratia, & concessione Sedis Apostolicę plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, diebus prædictis consequentur.

Omnes supradictę indulgentię fuerunt approbatę, confirmatę, & innovatę à diversis Pontificibus respectivè, necnon S R.E. Cardinalibus, Archiepiscopis, Prælatis, ac Ministris, pro manutentione commendatę, inter quos præcipuè sunt sequentes.

Alexand. IV. in Bulla *Odore suavi*, Idib. Iulij, Pontificatus anno primo. Idem, & Nicolaus III. *Ex Transumpto Oscensi*, vt supra. Cœlestinus V. ex Bulla *Ex parte dilectorum*, Nonis Decemb. anno primo. Vrban. VI. in Bulla *Solet annuere*, xj. Kalend. Maij, anno xj. Sixtus IV. in Bulla *Dum fructus vberes*, vt supra, item in Bulla *Inter præ-*

cipuas, etiam vt ſupra; qui omnia, & ſingula privilegia, immunitates, exemptiones, conceſsiones, ac peccatorum plenarias remiſsiones, quocumque nomine nuncupata, & ſub quibuſcumque tenoribus eidem Ordini Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, illiuſque Fratribus, & Domibus, quomodolibèt conceſſa, ſive à Sede Apoſtolica, ſive à ſuis Prædeceſſoribus, & ea quę à quibuſvis Prælatis, & Perſonis Eccleſiaſticis, & à Regibus, & Principibus, ſeu alijs Chriſti Fidelibus indulta ſunt, confirmavit. Iulius II. in Bulla Aurea: *Dum fructus vberes*, vt ſupra; item in Brevi *Etſi adbenè*, die xvij. Iunij Anno M.D.VIII. anno v. & in Brevi *Exigit*, die xxj. Iulij M.D.XI. anno viij. & in alio *Nihil eſt*, die xxiv. Septembris M.D.VIII. anno v. Leo X. *In rerum Chriſtianorum*, x. Iunij M.D.XIII. anno primo, & in Bulla *Solet annuere*, vt ſupra, & in Brevi *Licèt ſpontè*, die vj. Maij M.D.XIV. anno ij. Clemens VII. *Rom. Pontifex*, pariter vt ſupra. Gregor. XV. in ampliſsima forma, in Bulla *Iniuncti nobis*, iij. Non. Iunij M.DC.XXI. anno primo, poſt revocationem factam à Paulo V. *Cum certas*. Quę quidem Bulla Gregor. XV. à Sacra Congregatione Indulgentiarum, & Reliquiarum, fuit diligenter examinata, eademque cenſuit, nihil obſtare quominus Confratres Archiconfraternitatis Cincturatorum, eique aggregatarum Confraternitatum, vti, & frui poſſent, ac debeant omnibus, & ſingulis indulgentijs in eadem Bulla confirmatis, & innovatis, non obſtante præfata Pauli V. revocatione, vt ex Decreto eiuſdem Sacr. Congregat. ſub die xvij. Aprilis M.DC.LXXIII.

Indulgentiæ pro cunctis, vtriuſque ſexus, Chriſti Fidelibus, viſitantibus Eccleſias Ordinis, vel exercentibus opera pia.

Alexand. IV. Omnibus venientibus ad Prædicationem Fratrum Eremitarum S. Auguſtini centum & octoginta dies concedit indulgentię, *Ex Tranſumpto Oſcenſi*, vt ſupra. Martinus IV. & Ioannes XXII. omnibus viſitantibus dicti Ordinis Monaſteria in omnibus Feſtivitatibus Sanctorum, & Sanctarum dicti Ordinis, præcipuè B. Auguſtini, & Beatę Monicę, Matris eius, & per Octavas ipſarum, & Translationibus, & Converſione Sancti Auguſtini, pro qualibèt ipſarum Feſtivitatum, concedit quadraginta Annos, & totidem Quadragenas Indulgentię. Nicolaus Tertius ſupradictas indulgentias, & in alijs anni diebus pro qualibèt die concedit centum dies indulgentię, & adhùc remittit omnibus morientibus in Habitu S. Auguſtini, ſi elegerint ſepeliri in dicto Habitu, quartam partem ſuorum peccatorum.

torum. Hoc idem Clemens IV. concedit de Habitu, *Ex Transumpto*; vt supra. Nicolaus IV. *Licèt is*, viij.Idus Februarij, anno primo, omnibus verè pœnitentibus, & confessis, qui in Festivitatibus Assumptionis B. MARIÆ Virginis, & S.Augustini Confessoris, vsque ad octo dies sequentes annis singulis, devotione debita venerabiliter visitaverint, centum dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer relaxat. Vrbanus V. Omnibus Benefactoribus Ordinis concedit Suffragia, Orationes, & bona facta per Fratres dicti Ordinis, & quę fiunt per totam Vniversalem Ecclesiam, in perpetuum, in quibus vult, vt sint participes, tàm viui, quàm defuncti.

Nobis propterea præfatus Iosephus Episcopus, dilectorum filiorum Nicolai Olivę, Prioris Generalis, ac totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini nomine, humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportunè providere, & vt infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, pijs eorundem Iosephi Episcopi, ac Nicolai Prioris Generalis, & Fratrum dicti Ordinis votis hac in re, quantùm cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares Personas, â quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibèt innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Memoratorum Cardinalium Indulgentijs, & Sacris Reliquijs Præpositorum, qui Indulgentias in *Summarium* huiusmodi redactas, promulgari posse censuerunt consilio, Summarium præinsertum, omniaque, & singula in eo contenta, Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, & quatenus opus sit omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes in eorum Summario expressas, de novo eadem Auctoritate harum serie perpetuò concedimus, necnon præinsertum Summarium dumtaxat, abrogatis reliquis omnibus Summarijs Indulgentiarum Archiconfraternitati, & Confraternitatibus Cincturatorum, huiusmodi concessarum antehac editis de cætero publicari, atque servari debere decernimus, & declaramus.

Præterea omnibus, & singulis, vtriusque sexus, Christi Fidelibus, qui dictam Archiconfraternitatem, vel aliquam ex Confraternitatibus

bus illi iam aggregatis, & imposterum quandocumque aggregandis de cætero ingredientur, die primo eorum ingressus, si verê pœnitentes,& confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino concedimus. Vtque omnes, & singulæ Indulgentiæ præfatæ Animabus Christi Fidelium, quæ Deo in Charitate coniunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragij applicari possint indulgemus.

Et quia præcipua principalisque Solemnitas Archiconfraternitatis, & Confraternitatum præfatarum, ex concessione dicti Gregorij XIII. Prædecessoris, per quasdam suas Litteras, quarum initium: *Cupientes,&c.* die xx. Novemb. M.D.LXXVI. expeditas (vt asseritur) facta cum Processione quot annis prima Dominica Adventus communiter celebrari consuevit, ipsarumque Archiconfraternitatis, & Confraternitatum Confratribus, & Consororibus, qui Processioni huiusmodi intersunt, & iniuncta pietatis opera adimplent, plenaria Indulgentia concessa reperitur. Nos specialem eisdem Confratribus, & Consororibus, quibus dicta dies Dominica minùs commoda esse dicitur, gratiam facere volentes, Solemnitatem, ac Processionem,& Indulgentiam plenariam huiusmodi â dicta prima Dominica Adventus, ad Dominicam primam post Festum Sancti Augustini,servata tamen in reliquis earundem Gregorij XIII. Prædecessoris, Litterarum forma, & dispositione, ac sine vllo specialium Indultorum Apostolorum, per quæ nonnullis, ex dictis Confraternitatibus dies proprij pro eiusmodi Solemnitate celebranda assignati sint, præiudicio, Auctoritate, & tenore prædictis transferimus. Decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivê inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, iudicari, & definiri debere, ac irritum, inane, si secùs super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter,contigerit attentari. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentijs ad instar, alijsque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem

tem, vt earundem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſsis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & Sigillo alicuius Perſonę in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutę munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub Annulo Piſcatoris, die xxvij. Martij M.DC.LXXV. Pontificatus noſtri anno quinto. Loco ✠ Annuli Piſcatoris. I. G. Sluſius. Franciſcus Serantomus, Cam. Cauſ. Cam. Archiepiſcop. Moden. Paſſado por el Conſejo de Cruzada. Don Alonſo de Lugones.

Et quia præſens Tranſumptum impreſſum concordat cum Litteris Apoſtolicis, authenticis ſeruatis in Bibliotheca Sancti Philippi Matritenſis, Ordinis Sancti Patris Auguſtini, cum quibus Ego Ioanes a Herraez *Notarius Apoſtolicus, illud diligenter collationaui, & originalem Licentiam Regij Senatus Sanctæ Cruciatæ circa eius vſum, vidi, & perlegi, ideò me ſubſcribo, ſignoque meo quo in publicis, & authenticis ſcripturis vtor, ſigno rogatus, & requiſitus à Patre Fratre Benedicto de Aſte, eiuſdem Ordinis. Matriti die* vigesima prima *Aprilis anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo.*

In testimonium veritatis

Ioanes a Herraez

Not. Apost.

Nos infrà ſcripti Notarij Apoſtolici, cunctis atteſtamur dictum qui ſupra dictas Litteras recepit, & manu ſua propria ſuſcripſit, ſuoque ſolito ſigno ſignauit, fuiſſe, & eſſe publicum legatumque Notarium Apoſtolicum, ſcripturiſque eius publicis in iudicio, & extra plenam fidem adhibitam fuiſſe, & adhiberi. In quorum teſtimonium vt infrà ſubſcribimus. Matriti die Aprilis anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo octauo.